

**BOLETIN****OFICIAL**

DEL

**OBISPADO DE LEÓN**

---

**SECCION OFICIAL**

Su Sria. Ilma., nuestro amadísimo Prelado, ausente hoy de la Diócesis y no habiéndole sido posible responder por sí mismo á las innumerables felicitaciones recibidas del Clero, Comunidades religiosas, Autoridades y no pocos particulares, con motivo de su fiesta onomástica, tuvo á bien disponer que se hiciera constar, en el presente BOLETIN, su profunda gratitud á todos.

---

**SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO**

De orden del M. I. Sr. Gobernador Eclesiástico—  
S. P., se recuerda á los señores Párrocos, Ecónomos,  
Vicarios y demás sacerdotes encargados de Iglesias  
y Oratorios públicos las exhortaciones de años ante-  
riores acerca de la devoción del Santo Rosario, du-  
rante el mes de Octubre; devoción que para los lla-  
mados á mantenerla y propagarla entre los fieles,  
viene á ser una obligación su práctica, como cla-

ramente se dá á entender en las letras encíclicas «*Supremi Apostolatus*» de 1.<sup>º</sup> de Septiembre de 1883; «*Superiore anno*» de 30 de Agosto de 1884; decreto de la Sag. Cong. de Ritos «*Inter plurimos*» de 20 de Agosto de 1885, y, de modo especial, en el «*Decreto Urbis et Orbis*» de la misma Sag. Cong., fecha 26 de Agosto de 1886, inserto en el BOLETIN ECLESIÁSTICO de la Diócesis, núm. 36 del mismo año.

León, 14 de Septiembre de 1911. — Lic. Miguel Alvarez, Vice-Secretario.

---

## Conferencias morales para el día 30 de Septiembre

---

Quid sit approbatio in ordine ad confessiones — A quo danda et quomodo. Utrum sit limitabilis et revocabilis.

### *Casus*

Avelinus parochus dioecesis legionensis aestivo tempore sese contulit in urbem santanderensem, ibique nocte ipsa sui adventus, dum visitat ecclesiam rogatur a muliere ad confessionem excipiendam. Ipse promptissimo animo, ut alias in sua parochia facere solitus est, audit et absolvit gravia peccata confessam. Exeuntem rogat socius num tam cito sibi comparare potuerit licentias ministeriales, et inde protrahunt disquisitionem circa validitatem absolutionis impertitae.—Quid dicendum.

### *Quaestio liturgica*

Praecipuae variationes liturgicae exponantur quas Decreta nuper edita circa festorum supresionem inducunt.

SECCION DOCTRINAL  
Y DE VARIEDADES

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

DE NOVANDA DIVINI CULTUS RATIONE AD S. MARIAE  
«IN MONTE SANCTO».

Solemne hoc fuit Decessoribus nostris, divini cultus causâ in urbe Roma ordinandi, quanta maxima possent dignitate, ipsius urbis fere templis aliquem ex occasione canonicorum ordinem aut religiosorum familiam aut piorum sodalitium praeficere, qui sacra ibidem diligenter procurarent. Verum, ut est conditio rerum humanarum, eiusmodi quoque Corpora diuturnitate temporis multiplex cepere detrimentum: ex eisque videmus non pauca in tantas angustias esse deducta, ut iam mandatum sibi onus ac munus sustinere non possint.— Eo numero Collegium est canonicorum Reginae Caeli: quod, Horatii de Riccis, equitis hierosolymarii munificentia conditum, cum ex apostolicis litteris *In Apostolicae Sedis Pauli V ad Mariæ de Planctu* primo consedit, posteaque ex litteris *Quum reputamus* Urbani VIII ad Sanctæ Luciae apud aream Nicosianam; denique per litteras *Alia mens* ad aedem Mariae *in Monte Sancto* translatum est a Leone XII, qui aedem ipsam nomine et iure Basilicae minoris donavit. Etenim huic Collegio, quamdiu copiae suppeditare, semper curae fuit, ut decorem Domus Dei tueretur splendide: nunc autem, ob varios casus deminutis sensim redditibus, iam non superest unde ipsum se sustentet, ne dum quod tuitioni Basilicae et sacrorum sufficiat. Hic vero laudanda est canonicorum huius ordinis diligentia et religio, qui suis destituti beneficiis, tamen non cessarint omnem dare operam, ne sacrorum ibi perfunctio de-

sideradetur. In quo quidem libenter cognovimus, alumnos Almi Collegii Capranicensis, maxime in festis solemnibus, adiutores se eis dudum praebere consueuisse. At longe maius adiumentum, divino munere, eisdem oblatum est, cum dilectus filius, Paulus Buguet, Protonotarius Apostolicus ab ipsis impetravit, ut in Basilica statas supplicationes in expiationem defunctorum celebraret. Cuius enim pietate et industria institutum apud Gallos Opus Piaculare Dominae Nostrae *de Montligeon* tam praeclaros iam fructus ediderat, ipse per sacerdotes delegatos brevi effecit ut divinus cultus in aede hospitali crebris supplicationibus sacrisque faciendis revocaretur ad splendorem pristinum; idem unam e cellis Basilicae, Dominae Nostrae *de Montligeon* dicatam, marmoribus picturisque excoluit; praeterea Basilicam continentemque domum multiplici opere reficiendam curavit.—Itaque ad sacrorum administrationem huius templi certa ac definita ratione constituendam in perpetuum, quandoquidem dilectus filius, Paulus Buguet subsidium tam liberale Nobis exhibit, ipsius ope atque opera placet uti. Atque, ut gratus in eum animus Noster appareat, tum Basilicam tum opus Piaculare in singularem fidem tutelamque nostram et successorum Nostrorum iam nunc recipimus. Quare haec Nos Motu proprio deque Apostolicae potestatis plenitudine statuimus, decernimus.

I. Basilica D. N. Maria in Monte Sancto coniunctaque domus et quidquid nuper domui superstructum est, Nostra et successorum Nostrorum uti sunt, ita perseverent esse iure proprietatis: sed eiusdem Basilicae et domus usum dilectus filius, Paulus Buguet, ut moderator Operis Piacularis *de Montligeon*, et successores eius habeant.

II. Cura sacrorum Basilicae moderatori Operis Piacularis incumbet.

III. Ne quid Chorus Basilicae amittat splendoris pristini, sacerdotibus ibidem divina officia celebrantibus,

quamquam nullo beneficio instructis, canonicorum veterum privilegiis iuribusque frui, eademque honoris insignia gestare liceat.

IV. Quod ad domum attinet Basilicae contiguam, pars eius inferior, in qua quidem extra sacrarium, parum superest loci, et contignatio prima, quibus rebus servierunt adhuc, serviant in posterum; id est, sacrae supellec-tili conservandae, coetibus habendis et habitationi aeditui. Contignationes autem superiores, id est altera, tertia et quarta moderatori Operis Piacularis et sacerdotibus, quibus ipse ministerium Basilicae mandaverint, ad habitandum reserventur.

V. Usus Basilicae et continentis domus sacerdotibus Operi Piaculari addictis competit. quoadusque sacra Basilicae procurent: iidem vero aut Opus Piaculare nunquam usu, ne saecularis quidem temporis et ultra, eius Basilicae et domus proprietatem capient.

VI. Pontificiae vel proprietatis ius vel iurisdictionis munia in eandem Basilicam adnexamque domum, Nostro Nostrorumque successorum nomine, Cardinalis vice sacra Antistes Urbis exercebit: quem propterea huic muneri in perpetuum delegamus.

Ceterum, ne, qui reddere et praestare huic Basilicae quippiam debent, post ordinationem hic a Nobis factam ea se obligatione solutos putent, Nos eiusdem obligationis vinculum declaramus et edicimus integrum permanere. Quidquid autem proximo tempore instaurandis in Basilica divinis officiis actum est, id omne Nos irritum habemus atque inane et, quatenus opus sit, prorsus abolemus. Igitur has litteras, cum omnibus quaecumque in eis a Nobis Motu proprio decreta, declarata et sancta sunt, nullo unquam tempore de subreptionis aut obrep-tionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari, infringi aut in controversiam vocari posse ex quavis, licet privilegiata causa colore et nomine; sed tamquam ex Pontificiae providentiae officio, matura delibe-

ratione deque Nostrae Apostolicae potestatis plenitudine editis omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces exsistere et esse, suosque plenarios et integros effectus obtinere, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere decernimus, sublata cuicunque, etiam Cardinalitia dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate; irritum et nullius roboris declarantes quidquid super his a quoquam in contrarium scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus nostris et Cancellariae Apostolicae regulis » de iure quaesito non tollendo » aliisque apostolicis constitutionibus, nec non quibusvis vel confirmatione apostolica aut quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, praescriptionibus, privilegiis, etiam specialissima et individua mentione dignis, quibus omnibus ad praemissorum effectum expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxiii Octobris mcmx, Pontificatus nostris anno octavo.

PIVS PP. X.

---

IMDULGENTIA PLENARIA PERPETUA UBIQUE TERRARUM  
PRO ASSOCIATIONE CATHOLICA INTERNATIONALI  
A PATROCINIO PUELLARUM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam.—Salutare illud Divini Magistri praeceptum animi repetentes, qui voluit ut diligamus nos invicem, sicuti et Ipse dilexit nos, Apostolici muneric partem esse censemus, pias societas ad mutuam inter fideles caritatem fovendam exercendamque institutas, non modo probare, debitoque laudis praeconio prosequi, sed etiam coelestibus illis thesauris, quorum dispensationem Altissimus Nobis commisit, ultro libenterque locupletare atque augere. Hac mente cum Praesides

Consociationes catholicae internationalis Operum pro patrocinio puellarum, Nos enixis precibus flagitaverint, ut tum fidelibus adlectis in Comitatus associationis ipsius, tum sodalibus operis, tum protectis plenariam indulgentiam quotannis die festo B. M. V. a Bono Consilio largiri dignemur, Nos votis his piis annuendum quantum in Domino possumus existimavimus. Quae cum ita sint de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Eius Auctoritate confisi, fidelibus in comitatu super enunciatae Consociationis ubique terrarum nunc et in posterum adlectis sive adlegendis, pariterque ubique terrarum praesentibus et futuris pii eiusdem operis tum sociis tum clientibus qui, quovis anno admissorum confessione rite expiati atque angelorum dapibus refecti die festo B. M. Virginis a Bono Consilio, videlicet, die vigesimo sexto mensis Aprilis, vel Dominica immediate sequenti, quodvis templum, vel oratorium publicum a meridie diei praecedentis usque ad solis occasum, tum super enunciati diei vigesimi sexti mensis Aprilis tum sequentis Dominicae celebraverint, ibique pro Christianorum Principum concordia haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Largimur insuper ut ipsis liceat, si malint, eadem plenaria indulgentia functorum vita labes poenasque expiare. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius notarii publici, seu personae in ecclesiastica dignitate munitis eadem prorsus fides adhibetur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die **xix Junii mcmxi**, Pontificatus Nostri anno octavo.

L.  S.

R. CARD. MERRY DEL VAL.,

*a Secretis Status.*

# S. Congregatio Rituum

DECRETUM SUPER INTERPRETATIONE MOTUS PROPRII  
«INTER MULTIPICES»

Super legitima interpretatione art. II, n. 14 et 34 et art. III, n. 43, in Motu Proprio *Inter multiplices*, diei 21 Februarii 1905, Sacrae Rituum Congregationi sequens quaestio proposita suit:

An Canonicus rite adscriptus Capitulo, quod collegialiter gaudet privilegiis seu insignibus et iuribus ad Protonotarios Apostolicos, vel supranumerarios, vel ad instar participantium pertinentibus, ius aliquod acquisierit, quo inter Praelatos Domesticos cum expeditione Brevis recenseatur?

Et Sacra eadem Congregatio, auditio Commissionis Liturgicae suffragio, reque accurato examine perpensa rescriendum censuit:

*Negative*, et adscriptionem coetui Praelatorum Domesticorum unice pendere ex benigna liberalitate Summi Pontificis, attentis, in singulis casibus, omnibus circumstantiis et speciilibus meritis personae.

Quam resolutionem, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem eidem Sacro Consilio Praefectum relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et probavit; simulque eiusmodi interpretationem tamquam veram et authenticam declaravit.

Die 24 Maii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. S. 

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius*

## B A I O N E M

### NOVA DUBIA

Ab hodierno Kalendarista Dioecesis Baionensis, praehabito consensu Rvni Episcopi eiusdem Dioeceseos, Sacrae Rituum Congregationi nova quedam dubia pro opportuna solutione reverenter exposita sunt; videlicet :

I. Ubi Festum Titularis ex longaeva consuetudine celebratur ad instar Patronorum, Dominica infra Octavam eiusdem cum concursu populi, per unam Missam solemnem de Festo cum commemoratione Dominicæ, utrum solemnitas S. Ioannis Baptiste Titularis in eamdem Dominicam incidens ac solemnitas Ss. Apostolorum Petri et Pauli in Galliis praceptiva, debeant huic praferri, vel in aliam subsequentem Dominicam reponi, utpote non praceptiva, sed tantum permissa?

II. Utrum laico Missae inservienti ministrari possit Sacra Communio intra Presbyterium et in ora suppedanei Altaris, etiamsi non sit indutus habitu clericali?

III. Utrum preces post Missam privatam iussu Leonis XIII dicendae, omitti debeant post Missam votivam lectam de SS. Corde Iesu, prira cuiusque mensis feria VI celebratam cum privilegiis Missae votivae solemnis pro re gravi?

IV. Quando celebrans ad Vesperas coram SSmo Sacramento exposito Officium facit ad scamnum, debetne, cum accedit ante medium Altaris ad Magnificat, genuflectere unico genu super infimum gradum, vel utroque genu in plano?

V. Quum cantantur Vespere coram SSmo Sacramento exposito, utrum celebrans possit a principio amictu, alba, stola et pluviali indutus Officium facere, eique Diaconus et Subdiaconus alba, dalmatica et tunica induti assisteri a principio Vesperarum, ratione Processionis immediate post Vespere instituenda, praesertim in Ecclesiis quae pluribus carent pluvialibus pro assistantibus?

VI. Utrum in Quadragesima, quando Vespere imme-

diatae post Missam solemnem cantantur, celebrans possit pluviali super albam et stolam indutus Officium facere cum assistentia Diaconi et Subdiaconi dalmatica et tunica indu-torum?

VII. Utrum iuxta Decreta 23 Novembris 1906, *Dubia ad XI*, et 1 Februarii 1907, Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae ad X, Oratio *Deus cuius misericordiae non est numerus* in Functione Tridui vel Octidui intra annum post Beatificationem vel Canonizationem, cantari debeat ante *Tantum ergo*, vel in hoc casu servari debeat specialis dispositio Decreti 16 Decembris 1902, ad VI, super privilegiis Octidui vel Tridui concedi solitis?

VIII. Utrum Novendialis supplicatio quae, ex Litteris Encyclicis Leonis PP. XIII, *Divinum illud munus*, diei 9 Maii 1897, Festum Pentecostes praecedere debet, incipi debeat feria VI infra Octavam Ascensionis Domini, ut terminetur in ipsa Vigilia Pentecostes, vel possit iuxta praxim huius Dioeceseos incipi tantum Sabbato, ita ut finem habeat novendialis supplicatio ipso die Festo Pentecostes?

Ex Sacra Rituum Congregatio, audita Commissionis Liturgicae sententia, omnibus sedulo perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. In casu praferatur solemnitas Ss. Apostolorum Petri et Pauli in Galliis paeceptiva.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Missa de qua in precibus habeatur uti solemnis, eique applicari potest Decretum num. 3697, *Ordinis Minorum Cappucinorum S. Francisci*, 7 Decembris 1888 ad VII.

Ad IV. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative.

Ad VII. Satis provisum in Decreto citato.

Ad VIII. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 8 Iunii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L.  S.

† Petrus La Fontaine Ep., Charystien., *Secretarius*.

## S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

### DECRETUM

Superiorissae Societatis, quam Sancta Angela Mericia, sicut coelesti voce ac visione mandatum sibi fuerat, sub certa disciplina sanctisque vivendi regulis constituit, quamque Sanctae Ursulae invictae Virginum ducis patrocinio ac nomine insignivit, Sanctissimo Domino nostro Pio Papae Decimo preces porrexerunt, ab Emo Cardinali Archiepiscopo Mediolanensi et ab aliis plurium locorum Ordinariis commendatas, ad obtainendas per specialem favorem Indulgentias et privilegia Franciscali Ordini concessa.

Sanctissimus vero Dominus noster, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Religiosorum Praefecto, die XX Iunii anno MCMXI, attento praesertim quod Fundatrix Ursulinarum Sancta Angela Mericia habitum et regulam Tertiī Franciscalis amplexa sit, eaque de causa in universo Seraphico Ordine gaudeat officio duplii maiori; ad augendum iuxta spiritum Beatae Fundatricis inter eiusdem filias studium in promovenda vita christiana et in curandis apud privatas familias et in ipsa societate bonis operibus, praesentis Decreti tenore, canonicam aggregacionem Tertio Franciscali Ordini, ad instar aliarum Congregationum Seraphico Ordini pariter aggregatarum, concedere dignatus est, quatenus opus sit, et iuxta preces, salva semper eiusdem Societatis autonomia et independentia ad normam iuris.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 30 Iunii 1911.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L.  S.

† Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

## DUBIUM

Expostulatum est a Sacrorum Rituum Congregatione:  
Utrum liceat, iuxta prudens Ordinarii iudicium, tempore ex-  
positionis privatae vel publicae, interiorem partem Cibori  
cum lamparibus electricis in ea collocatis illuminare, ut  
Sacra Pixis cum Sanctissimo Sacramento melius a fidelibus  
conspici possit?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti  
Secretarii, auditio Commissionis Liturgicae suffragio, praepo-  
sitae quaestioni respondendum censuit: *Negative.*

Atque ita rescripsit, die 28 Iulii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius.*

---

## DUBIUM

Quum ex *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii  
Papae X die 2 elapsi mensis Iulii, Festum Nativitatis S.  
Ioannis Baptiste, a die 24 Iunii perpetuo translatum, assig-  
natum fuerit Dominicæ ante Solemnia Ss. Apostolorum  
Petri et Pauli, tamquam in sede propria, nonnulli Rmi Epis-  
copi, paragraphum quartum eiusdem *Motus Proprii* per-  
pendentes, quo cautum est in locis peculiari Indulto Apos-  
tolico utentibus nihil esse innovandum inconsulta Sede  
Apostolica, huic dispositioni obtemperantes, ipsam Sanctam  
Sedem adierunt, reverenter postulantes a Sacra Rituum  
Congregatione:

Utrum Dioeceses ubi hucusque Festum Nativitatis S.  
Ioannis Baptiste quotannis celebratum est die 24 Iunii cum  
Apostolica dispensatione a Feriatione, possint hunc diem  
retinere, vel potius debeant sumere praefatam Dominicam in  
Kalendario Universali nuper assignatam Nativitati Sancti  
Praecursoris Domini?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, attento novissimo *Motu Proprio* «De diebus festis» una cum subsequentibus declarationibus, propositae quæstioni rescribendum censuit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Hanc vero resolutionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X ratam habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 7 Augusti 1911.

Fr S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ☧ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

---

## S. Congregación de Ritos

---

*WESTMONASTERIEN*

*Dubia circa expositionem et benedictionem Sanctissimi Sacramenti*

Hodiernus Magister Caeremoniarum in Ecclesia Metropolitana Westmonasterien., de consenu sui Rvni. Domini Archiepiscopi, sequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi enodanda humilime proposuit, nimurum:

I. Defectu ministrorum et cantorum licetne Missam Votivam Sanctissimi Sacramenti, in expositione vel repositione pro Oratione XL Horarum, celebrare sine cantu; et totam functionem sine cantu peragere simili modo quo fit Feria V in Coena Domini, secundum Memoriale Rituum?

II. Licetne legere aut omittere Missam Votivam celebrandam secunda die in Oratione XL Horarum?

III. Estne necessarium Indultum, ut in Oratione XL Horarum expositio ac adoratio suspendatur horis nocturnis?

IV. Quum difficile sit habere thronum expositionis inamovibile, nisi Crux ponatur in eo; quaeritur: Utrum liceat

super tabernaculum erigere inamovibile thronum, seu parvum ciborium fixum pro expositione Sanctissimi Sacramenti; an debeat erigi thronus tantummodo propter expositionem et amoveri post expositionem?

V. Num liceat thronum expositionis construere in muro paucis metris ab altari seiuncto?

VI. Utrum alio throno, seu baldachino parvo, opus sit ad expositionem Ssmi. Sacramenti, ubi magnum baldachinum, seu ciborium invenitur?

VII. Licetne laicis tangere Ostensorium sine privilegio Apostolico, quod requiritur ad tangenda vasa sacra?

VIII. Debetne Ostensorium cooperiri velo albo, quando stat in Altari ante et pos expositionem Smi. Sacramenti?

IX. Cuiusnam coloris debet esse stola presbyteri exponentis, quando Benedictio Ssmi. Sacramenti immediate sequitur Vesperas solemnes, nec celebrans cum pluvialistis recedit a choro?

X. Utrum cuilibet celebranti, an soli Episcopo vel Praelato, liceat genuflexo manere super pulvinari in infimo gradu altaris?

XI. An Ordinarius, in medio Santuario Benedictioni Ssmi. Sacramenti assistens cum cappa, debeat adorare utroque genu, quando ad incensandum accedit ad altare, vel ab eo recedit?

XII. An Decreta, quae prohibent quominus preces liturgicae cantentur in lingua vernacula, extendatur etiam ad Litanias, vel Pater, vel Salve Regina, quae recitantur vel leguntur coram Ssmo. Sacramento exposito?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito Comissionis Liturgicae suffragio omnibusque accurate perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I, II et III. Ad efectum Indulgientiarum et privilegii Altarium necessarium esse Indultum, a Sacra Congregatione S. Officii expetendum, ut derogetur formae Clementinae Instructionis. Alias Episcopus utatur iure suo, sed circa Missas Votivas serventur Rubricae et Decreta, nisi extet vel obtineatur speciale Indultum.

Ad IV. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad V. Affirmative, dummodo thronus expositionis haud nimis distet ab altari, cum quo debent quid unum efficere.

Ad VI. In casu servari potest consuetudo, quae viget.

Ad VII. Serventur Decreta.

Ad VIII. Affirmative:

Ad IX. Eiusdem coloris ac paramenta celebrantis.

Ad X. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad XI. Affirmative in casu.

Ad XII. Dentur Decreta n.<sup>o</sup> 3530, Neapolitana, ad I et II, et n.<sup>o</sup> 3157, Mechlinien. 5 Septembris 1867, ad VIII. Atque ita rescripsit, die 27 Maii 1911.

Fr. S. Card. Martinelli, *Praefectus.*

L. ☧ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

---

## S. C. DE RE BIBLICA

---

### I

*De auctore, de tempore compositionis  
et de historica veritate evangelii secundum Matthaeum*

Propositis s'quentibus dubiis Pontificia Commissio de re Biblica ita respondendum decrevit.

I. Utrum, attento universali et a primis saeculis constanti Ecclesiae consensu, quem luculenter ostendunt diserta Patrum testimonia, codicum Evangeliorum inscriptiones, sacrorum librorum versiones vel antiquissimae et catalogi a Sanctis Patribus, ab ecclesiasticis scriptoribus, a Summis Pontificibus et a Conciliis traditi, ac tandem usus liturgicus Ecclesiae orientalis et occidentalis, affirmari certo possit et debeat Matthaeum, Christi Apostolum revera Evangelii sub eius nomine vulgati esse auctorem?

Resp.: Affirmative.

II. Utrum traditionis suffragio satis fulciri consenda sit sententia quae tenet Mattheum et ceteros Evangelistas in scribendo praecessisse, et primum Evangelium patrio sermone a Iudeis palaestinensibus tum usitato, quibus opus illut erat directum, conscripsisse?

Resp.: Affirmative ad utramque partem.

III. Utrum redactio huius originalis textus differi possit ultra tempus eversionis Hierusalem, ita ut vaticinia quae de eadem eversione ibi leguntur, scripta fuerint post eventum; aut, quod allegari solet Irenaei testimonium (*Advers. haeres.*, lib. III, cap. I. n. 2), incertae et controversiae interpretationis, tanti ponderis sit existimandum, ut cogat reiicere eorum sententiam qui congruentius traditioni censem eamdem redactionem etiam ante Pauli in Urbem adventum fuisse conjectam?

Resp.: Negative ad utramque partem.

IV. Utrum sustineri vel probabiliter possit illa modernorum quorumdam opinio, iusta quam Mattheus non proprie et stricte Evangelium composuisset, quale nobis est traditum, sed tantummodo collectionem aliquam dictorum seu sermonum Christi, quibus tamquam fontibus usus esset alius auctor anonymous, quem Evangelii ipsius redactorem faciunt?

Resp.: Negative.

V. Utrum ex eo quod Patres et ecclesiastici scriptores omnes, imo Ecclesia ipsa iam a suis incunabilis, unice usi sunt, tamquam canonico, graeco textu Evangelii sub Matthei nomine cogniti, ne iis quidem exceptis, qui Mattheum Apostolum patrio scripsisse sermone expresse tradiderunt, certo probari possit ipsius Evangelium graecum identicum esse quoad substantiam cum evangelio illo patrio sermone ab eodem Apostolo exarato?

Resp.: Affirmative.

VI. Utrum ex eo quod auctor primi Evangelii scopum prosequitur praecipue dogmaticum et apologeticum, demos-

trandi nempe Iudeis Iesum esse Messiam a prophetis praenuntiatum et e davidica stirpe progenitum, et quod insuper in disponendis factis et dictis quae enarrat et refert, non semper ordinem chronologicum tenet, deduci inde liceat ea non esse ut vera recipienda: aut etiam affirmari possit narrationes gestorum et sermonum Christi quae in ipso Evangelio leguntur, alterationem quamdam et adaptationem sub influxu prophetiarum Veteris Testamenti et adultioris Ecclesiae status subiisse, ac proinde historicae veritati haud esse conformes?

Resp.: Negative ad utramque partem.

VII. Utrum, speciatim solido fundamento distitutae censi iure debeant opiniones eorum, qui in dubium revocant authenticatem historicam duorum priorum capitum, in quibus genealogia et infantia Christi narrantur, sicut et quarumdam in re dogmatica magni momenti sententiarum, uti sunt illae quae respiciunt primatum Petri (Math., XVI 17-19), forma baptizandi cum universali missione praedicandi Apostolis traditam (Matt., XXVIII, 19-20), professionem fidei Apostolorum in divinitatem Christi, (Matt., XIV, 33), et alia huiusmodi, quae apud Mattheum peculiari modu enuntiata occurunt?

Resp.: Affirmative.

Die autem 19 Junii 1911 in audience utrique infrascripto Rmo. Consultori ab Actis benigne concessa, SSmus. Dominus Noster Pius Papa X predicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae die 19 Junii 1911.

Fulcranus Vigoroux Pr. S. S.

Laurentius Jansens O. S. B.

*Consultoris ab Actis*

# ACTA PII PP. X

---

## LITTERAE APOSTOLICAE

---

### II

INVOCATIONEM «GESÚ MIO, MISERICORDIA» VEL ALIAM  
«O IESU SANCTISSIMO SACRAMENTO, MISERERE  
NOBIS» DEVOTE RECITANTIBUS AMPLIOR  
INDULGENTIA CONCEDITUR

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam.—Nihil Nobis ex divinitus commisso. Supremi Apostolatus munere acceptum magis gratumque est, quam ut in christiano populo pia ac frugifera promoveatur consuetudo fundendi Summo bonorum omnium datori Deo crebras atque iteratas ex imo corde invocationes, ad praesens illius patrocinium suppliciter impetrandum. Hoc quidem consilio ductus Pius PP. IX rec. mem. Decesor Noster, die XXIV mensis Septembris anno MDCCCXXXVI fidelibus assuetis invocationi *Gesú mio, misericordia*, toties lucrandam quoties ipsam invocationem emississent, centum dierum indulgentiam largitus est; Nosque ipsi, datis sub pisatoris annu'o Litteris die VI mensis Iulii anno MDCCCCIX fidelibus aliam invocationem *O Iesu in SSmo. Sacramento, miserere nobis* devote recitantibus, similem centum dierum remissionem benigne in Domino concessimus. Nunc autem, ingruentibus in dies adversus Ecclesiam calamitatibus, opportunum consilium videtur, fideles unanini precum communione coelestem opem instanter efflagitare, eosque iteratis piis invocationibus animu n mentemque ad Deum excitare, divinique amoris Sacramentum potissimum recoiere. Id summopere cupientes, ut, ad haec pietatis officia implenda magis magisque iidem fideles allicantur, partiales superenunciatas indulgentias dictis invocationibus adnexas, Apostolica

Nostra Auctoritate amplificandas censemus, Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri Apostolorum Eius auctoritate confisi, praesentium tenore, singulis atque universis fidelibus ex utroque sexu, qui ubique terrarum et quolibet i liomate, dummodo versio fidelis sit, contrito saltem corde, ac devote recitent vel iaculatoriam precem quae italice audit *Gesú mio misericordia*, vel aliam iaculatoriam *O Iesu in Smmo. Sacramento, miserere nobis*, quoties id agant, toties, in forma Ecclesiae consueta, de numero poenalium dierum trecentos expungimus. Porro largimur fidelibus ipsis, si malint, liceat, partialibus his indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Praecipimus vero ut priorum concessionum Apostolicarum quas recensuimus tenor ita amplificetur sicuti illum per praesentes Auctoritate Nostra amplificamus. Praesentibus, perpetuis futuris temporis valituris. Tandem mandamus ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis ac sigillo perennae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris.  
die XX Maii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. Card. Merry del Val,  
*a Secretis Status.*

L.  S.

---

DOCUMENTO PONTIFICIO

---

**LAS ASOCIACIONES CATÓLICAS Y LA PRENSA**

---

En contestación á un mensaje del episcopado lombardo, Su Santidad Pío X ha dirigido al Arzobispo de Milán un hermosísimo Breve que en su parte esencial dice así:

«Por lo que al gobierno de vuestras diócesis se refiere, fin para el que, según vuestra costumbre, habéis tenido

Asamblea este año en Rho, hemos visto con verdadero júbilo que vuestras deliberaciones han versado principalmente sobre las causas de que proceden tantos males como amenazan á la Iglesia en nuestros días.

Bien sabéis, querido hijo y Venerables Hermanos, que nos referimos al celo deplorable de esos católicos que, seducidos por una vana esperanza, quieren adormecerse en la inercia, á los católicos olvidadizos ó poco celosos al menos de los derechos más sagrados de la religión y de la Sede Apostólica. Mucho dañarían éstos á los intereses católicos, si la acción de los Obispos no les fuese obstáculo oportuno.

A favorecer esta acción, cuanto puedan ayudar los diarios y otras publicaciones semejantes, así como las Asociaciones bien organizadas de católicos, cosa es tan sabida que no es necesario insistir en ella. Por esto habéis acordado justamente utilizar su cooperación ya para instruir y aconsejar oportunamente á los fieles, ya para excitar en ellos saludables propósitos.

Pero al aprobar vuestros trabajos en este orden, Nos os advertimos que vigiléis atentamente sobre aquéllos que se dedican á redactar esas publicaciones, para que defiendan y hagan conocer la doctrina católica, no solamente sin desviarse de la enseñanza de la Iglesia, sino también siguiendo escrupulosamente en todo la dirección de la Sede Apostólica.

He aquí por qué todos debéis estar bien convencidos de esto: que ciertos diarios tienen la costumbre de hacer creer á los católicos que ellos no tienen por qué alarmarse de los daños inferidos á la religión por los que en el orden público arruinan los intereses de la Iglesia y disminuyen su libertad; ó bien que no se preocupan por la inicua condición en que se tiene reducida á la Santa Sede, ni por las condiciones aun peores en que sus enemigos se aprestan á reducirla; ó que se ocupan largamente en celebrar el genio y la ortodoxia de autores cuyos escritos, bien mirados, se

encuentran llenos de inexactitudes y de errores funestísimos; y que, finalmente, en razón de la etiqueta católica con que se cubren, penetran más fácilmente en los hogares, se ven en todas las manos y se hacen leer de todos indistintamente, sin exceptuar á los eclesiásticos: estos periódicos pervierten la opinión y las costumbres entre los católicos, haciendo mucho más daño que los diarios declaradamente hostiles á la Iglesia.

Cuanto á las Asociaciones católicas, que Nos deseamos ver multiplicarse y florecer en vuestras diócesis, necesario es igualmente procurar con la mayor diligencia que vivan en una perfecta observancia de la disciplina y que cada uno de sus individuos manifiesten libremente y defiendan su fe católica en su casa y fuera de ella.»

---

## DOCUMENTOS CIVILES

---

Provisión de una plaza de Capellán cantor  
en San Francisco el Grande y otra de Capellán  
de número en la Iglesia de Santiago y Santa María  
de Monserrat

MINISTERIO DE ESTADO

---

3.<sup>a</sup>—Obra Pía

---

CIRCULAR

Excmo. Señor:

Dispuesta por este Ministerio la provisión por concurso de una plaza de Capellán de número en la Iglesia de Santiago y Santa María de Monserrat, en Roma, y otra por oposición de Capellán cantor en la Iglesia de San Francisco el Grande, en esta Corte, según anuncia la *Gaceta de Madrid* correspondiente al día de ayer, de Real orden, comunicada por el Sr. Ministro de Estado, lo pongo en conocimiento de V. E.

con el ruego de que lo haga saber á sus diocesanos por medio de su publicación en el *Boletín eclesiástico* de ese Obispado.

Dios guarde á V. E. muchos años.

Madrid 26 de Agosto de 1911.

El Subsecretario interino,

EMILIO HEREDIA

*Señor Obispo de León.*

---

Hallándose vacante una plaza de Capellán segundo cantor de la Iglesia de San Francisco el Grande, de esta Corte, se proveerá por oposición con arreglo á lo dispuesto en el reglamento vigente para gobierno y régimen interior de dicha Iglesia.

La plaza está dotada con el sueldo de 2.000 pesetas anuales y casa, y es incompatible con cargo ni comisión alguna retribuida ú honorífica que le impida asistir á los actos del culto que se celebren en la Iglesia.

Los aspirantes deberán dirigir sus solicitudes á este ministerio en el término de dos meses, á contar desde la publicación de este anuncio en la *Gaceta de Madrid*, acreditando ser españoles y tener licencias para celebrar, some- tiéndose á practicar los ejercicios que disponga el Tribunal de oposición en la forma acostumbrada para estos casos.

Madrid 25 de Agosto de 1911.

El Subsecretario interino,

EMILIO HEREDIA

---

Hallándose vacante una plaza de Capellán de número de la Iglesia de Santiago y Santa María de Monserrat en Roma, dotada con el sueldo anual de 2000 liras, el Sr. Ministro de Estado ha resuelto se provea por concurso bajo las siguientes condiciones.

1.<sup>a</sup> Ser Sacerdote español.

2.<sup>a</sup> Tener cumplidos 25 años.

3.<sup>a</sup> Ser Licenciado en Teología ó Derecho canónico.

4.<sup>a</sup> Acreditar haber tenido siempre buena conducta moral y política.

5.<sup>a</sup> Tener licencias para confesar y predicar.

6.<sup>a</sup> No tener parentesco con ninguno de los demás capellanes.

Las solicitudes se dirigirán á este Ministerio acompañadas de los documentos necesarios, dentro del término de dos meses á contar desde la publicación de este anuncio en la *Gaceta de Madrid*.

Madrid 25 de Agosto de 1911.

El Subsecretario interino,

EMILIO HEREDIA



## SENTENCIA IMPORTANTE

Por lo que pueda convenir á los Sres. encargados de parroquias en este Obispado, se publica en el BOLETIN la siguiente sentencia del Juzgado Municipal de S. Clemente del Valle de la Diócesis y Provincia de Burgos, por la cual se condena á un moroso al pago de ciertas cargas eclesiásticas, después de consignar en Resultados y Considerandos el valor quetienen para prueba en estos casos los libros de Memorias y Apeos de las Iglesias, las declaraciones de los Párrocos que han celebrado y cobrado dichas Memorias, así como también las de los testigos que han visto celebrarse los sufragios, ó han conocido las fincas gravadas con ellos.

«En la villa de S. Clemente del Valle á 27 de Septiembre de 1907, el Sr. Juez municipal de este distrito, D. Roque Córdoba Manso, ha visto los autos del juicio verbal civil sobre reclamación de memorias entre partes, como demandante D. Claudio Calvo Garrido, Procurador del Juzgado de primera instancia y vecino de Belorado, como apoderado de D. Santiago Bartolomé, Cura sirviente de la Parroquia de la Asunción del pueblo de S. Vicente del Valle, autorizado

este Sr., á la vez, por el Prelado de la Diócesis, para reclamar, en nombre de dicha Parroquia, los derechos que por aniversarios y demás cargas piadosas corresponden á la misma, y como demandado N. N. mayor de edad, casado, labrador y vecino de S. Vicente del Valle por sí y como marido que fué de N. N., hoy como representante legal de sus hijos menores de edad habidos con esta, reclamándole 18 celemines de trigo y tres pesetas en dinero.

1.<sup>º</sup> Resultando: que el actor acudió á este juzgado en 17 de Junio último con papeleta de demanda, citando á juicio verbal á N. N. para que satisfaga por sí y en nombre de sus hijos N y N 18 celemines de trigo y tres pesetas en metálico que debe á la Parroquia de S. Vicente del Valle, correspondientes á los años 1905 y 1906, con más las costas y gastos del juicio.

2.<sup>º</sup> Resultando: que por un otro sí, por el actor, á nombre de la Iglesia, se pidió y obtuvo la oportuna declaración de pobreza, señalando para la comparecencia el 24 de dicho mes y siguiendo la pobreza por sus trámites legales se dictó sentencia en 8 de Julio que fué ejecutiva y firme.

3.<sup>º</sup> Resultando: que en 7 de Agosto de este presente año se celebró el juicio verbal solicitado reproduciendo el actor la petición anterior, exhibiendo los documentos, justificando su personalidad y, que en su vista se le condenase al demandado N. al pago de los 18 celemines de trigo que, al precio de 10 pesetas fanega, importan 15 pesetas, más las tres en metálico, que en junto componen 18 pesetas, más costas y gastos, por estar afectas al importe de dichas memorias ó aniversarios las fincas que posee el N., sitas en San Vicente del Valle á los términos de Calvario de seis celemines; la cuarta parte de un prado en Barranquillo y 8 celemines de heredad en dos pedazos en Armendia, contestando el demandado N. que una vez que el actor señale fincas de su propiedad y justifique con documentos legales y verdaderos que están gravadas con alguna carga, estaba dispuesto á satisfacer la porción que pueda corresponderle, y de no justificarlo así, no puede acceder á entregar cantidad alguna.

4.<sup>º</sup> Resultando: que por el D. Claudio se propuso prueba testifical y documental presentando esta consistente en dos certificaciones libradas por el Párroco D. Santiago Bartolomé con su nota aclaratoria y exhibiendo además el libro de Memorias y Aniversarios, para que se testimoniase en lo bastante del último reconocimiento practicado por el Juez en comisión en el año de 1826, ante el Escribano que fué de Pradoluengo D. Vicente Villar, cuyo testimonio se hizo en lo concerniente á la cabeza, fincas relativas á este juicio pie ó conclusión del mismo, designando á la vez la prueba testifical é interrogatorio de preguntas.

5.<sup>º</sup> Resultando que recibido el juicio á prueba , N. N. no absolvio ninguna de las posiciones, manifestando que las ignoraba, así como los testigos D.<sup>a</sup> Lorenza Ochoa y Sabina Vítores y D. Juan Ochoa que manifestaron que ignoraban las preguntas; pero los testigos D. Anselmo González, Julio Benito, Antolín Manso, Pedro Vítores y Ambrosio Manso , declaran que les consta que el N. posee las fincas de Armendia y Barranquillo; y otros dos testigos más , que son los Sres. Curas D. Jacinto García y D. Lorenzo García Varela declaran que el referido N. posee las fincas del Calvario Armendia y Barranquillo en su nombre y de sus hijos menores N. y N. las cuales se hallan gravadas con dichas Memorias y ha venido pagando hasta el año 1904, celebrando las Misas correspondientes á dichas memorias como tales Curas que han sido de referida Parroquia de S. Vicente.

6.<sup>º</sup> Resultando que en el repetido juicio se han observado las prescripciones legales en la sustanciación del mismo.

1.<sup>º</sup> Considerando: que la posesión es la tenencia de una cosa ó el disfrute de un derecho por una persona , según el artículo 430 del código civil.

2.<sup>º</sup> Considerando: que, según el artículo 436 de dicho código, la posesión se seguirá disfrutando en el mismo concepto que se adquirió, y habiéndose adquirido la posesión por el demandado N. N. ó sus hijos con la carga de las fincas gravadas de pagar la pensión ó Memorias á la Iglesia de

San Vicente del Valle, es obvio, y natural que mientras subsistan esas fincas en su poder, así como ejercita sobre ellas los derechos que como poseedor le corresponden, debe cumplir las obligaciones á ellas anexas, y esta obligación en el caso presente consiste en pagar esas Memorias que constituyen la carga ó pensión que sobre ellas pesa.

3.<sup>º</sup> Considerando: que, según el párrafo 2.<sup>º</sup> del art. 1086 de dicho cuerpo legal, las fincas gravadas con carga real, como la que nos ocupa, pasan siempre al que las posea, por cualquier título de los que se adquiere el dominio ó la posesión, con las mismas cargas que las graven, de cuya doctrina se desprende que el demandado, al poseer las mencionadas fincas con las cargas á ellas afectas, tiene que cumplir con la obligación ineludible de pagar las repetidas Memorias-cargas á la parte actora como representante de la Iglesia de S. Vicente de Valle.

4.<sup>º</sup> Considerando: que de la prueba testifical practicada resulta como hecho plenamente probado que el demandado posee las mencionadas fincas y, segun la deposición de los testigos D. Jacinto García Villanueva y D. Lorenzo García Varela, no sólo se demuestra el hecho de la posesión sino que se prueba, por sus declaraciones, que el demandado ha pagado las memorias hasta el año 1904 y han celebrado ambos por la intención de repetidas memorias, constituyendo sus dichos un medio de prueba que permite afirmar correctamente los dos hechos capitales á la demanda ó sea; que el demandado viene poseyendo esas fincas y que las memorias han venido pagándose, expresándose además por ellos que, durante los años que han estado al frente de la Parroquia, han percibido el cánón ó pensión con que están gravadas, concretándose que sí pagaron las memorias hasta el año 1904 y que han celebrado por intención de ellas.

5.<sup>º</sup> Considerando que como prueba documental se han presentado por actor dos testimonios, que por exhibición obran relacionadas en autos, uno suscripto y otorgado por el Escribano D. Vicente Villar y otro certificado expedido por

el infrascrito Cura de la Parroquia de S. Vicente del Valle, en los cuales se insertan las fincas que posee el demandado y que son objeto de este juicio como gravadas desde el año 1826 y aún en fecha anterior, para responder de las memorias establecidas por el fundador en beneficio de la referida Iglesia de S. Vicente del Valle, cuyos documentos son fehacientes, hacen prueba plena y no han sido rechazados por la parte demandada.

6.<sup>º</sup> Considerando que es doctrina canónica sostenida por convenio entre la Santa Sede y el Gobierno Español de fecha 24 de Junio de 1867 que las cargas eclesiásticas como de carácter real siguen á la finca cualquiera que sea su poseedor.

7.<sup>º</sup> Considerando que la costumbre de pagar las memorias piadosas constituidas á favor de las Iglesias es suficiente y basta para compelir al pago y desde tiempo antiguo ha existido esta costumbre en el presente caso, doctrina sancionada en el Sto. Concilio de Trento en su sesión 22 capítulo 8.<sup>º</sup>

Fallo que debo condenar y condeno al demandado N. N. para que, por sí y en representación de su finada esposa, hoy de sus hijos menores de edad, pague á la Iglesia de S. Vicente del Valle y en su representación al Cura sirviente de la misma, 18 celemines de trigo y tres pesetas en metálico, que reducido todo á dinero hace un total de 18 pesetas, la parte de las memorias establecidas en favor de la Iglesia de S. Vicente y cuya suma corresponde á los años 1905 y 1906, que son los que el demandado ha dejado de satisfacer con más los gastos y costas que por su temeridad ha causado en este juicio.

Así por esta mi sentencia lo pronuncio, mando y firmo.—  
*Roque Córdoba Manso.*

Publicación.—S. Clemente del Valle á 27 de Septiembre de 1907. La anterior sentencia ha sido firmada y leída por el Sr. Juez municipal D. Roque Córdoba que la suscribe en audiencia pública del Juzgado del día de hoy.—El Secretario,  
*Venancio Manso.*

## MONTEPIO DEL CLERO LEGIONENSE

*Sres. Socios que han solicitado pensión por haber padecido enfermedad aguda.*

D. Matías Alvarez . . .	Torío . . . . .	70 días	140	pts.
» Francisco de Lario.	Curº Arriba	56 »	112	»
» Balbino Fernández.	Almanza .	47 »	94	»
» Fidel Fraile . . . .	Villalpando . .	47 »	70	50
» Ezequiel Sánchez .	Villalobos . .	57 »	99	»
» Manuel Alonso . . . .	Valdbº Abajo	27 »	54	»
» Bernabé Prieto . . . .	Mayorga . . . .	68 »	136	»
» Gregorio Durantez.	Sahagún . . . .	23 »	43	»
» Saturnino Escudero	S. Miguel . . .	56 »	84	»
TOTAL.....				832 50

## NECROLOGIA

El día 28 del próximo pasado mes falleció en su pueblo natal, Cobreros de Sanabria, el Ilmo. y Rvdmo. Señor Dr. D. Manuel San Román y Elena, Obispo titular de Melasso y Administrador Apostólico de la Diócesis de Calahorra y la Calzada.

Ha sido muy sentida su muerte, acaecida á los 44 años de edad; 2 años y medio después de recibir la Consagración episcopal, y 23 meses después de haberle encargado Su Santidad el gobierno de dicha Diócesis como Administrador Apostólico de la misma, con todos los derechos y honores que corresponden al Obispo propio.

R. I. P.

## Asociación de Sufragios Mútuos del Clero de la Diócesis.

Núm. 22

El día 28 del mes próximo pasado falleció D. Juan González Martín, Capellán Penitenciario en Barriosuso, y constando que estaba inscrito en la Asociación y que tenía aplicadas las misas por los Socios difuntos, todos los Congregados celebrarán por él la de Reglamento.